



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Contrahenda & co[m]mit. stipu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)

fit obligari. Pro huius ergo declaratione ibi mista. vide et Bal. in auth. de litigios. s. j. et ibi etiam quid de confessoria, et negatoria, et de usufructu. et ibi Bar.

ALEX. C. Actio mista. Et de que dicitur post Bar. in l. ff. e. et no. Bar. et doc. in l. s. c. diu. et ibi per Bal. ubi plene ponit. Item an eodem libello, et ex eadem instantia possit agi contra illi, in quem est facta alienatio, de quo j. eo. l. ff. et quod in personali non contra hitur vicium litigios. Ang. et Bal. hic auth. litigiosa. fm. In. in c. ecclesia. vt lit. pen. Idem dicit Bal. in l. non solum in lect. antiq. de in iure. ref. qd si ego sum accusatus ex tali crimine ex quo veniat bona publicanda, et alieno pendente accusatione, tamen non incit dant ille res in vitiu litigios. h. f. debeat illa reuocare, fm ea, que habentur in l. post contractum. ff. de do. Item si inter duos est contentio de deponenda, et vnus moriatur, nihilominus dicitur res litigiosa. Bal. in l. lites. s. de lib. cau. si vnus moriatur. Bal. dicit nihilominus.

LEX III.

Quicumque Si legatur res, vel actio litigio apud heredem remanente. h. d. Hoc est hodie immutatum per auth. nunc si heres. quam vide.

LEX IIII.

Sententia lata contra reum principale, mandatur executio in contractum, qui rem litigiosam emit.

Ensemus Contractus habitus super re litigiosa est nullus, et qui ad eum scienter accesserit, legitime punietur exceptis quibusdam casibus hac lepra. h. d. Op. et videtur quod res litigiosa possit alienari, vt l. s. de prescrip. long. temp. Solu. De benis scire quod pena litigiosorum de iure antiquo non erat alia pena, nisi quod possidens habebat exceptionem, et ex illo contractu habito super re litigiosa non poterat conueniri, vt l. ff. de litig. et etiam alia pena, quod res litigiosa non poterat prescribi, vt d. l. s. de prescrip. long. temp. Hodie vero est additum, vt contractus habitus super re litigiosa, sit ipso iure nullus, vt hic. Quod est verum lite pendente, vt hic expresse dicit text. sed si lis non penderet, quod peremptoria esset instantia, licet daret vitiu litigiosum, tamen venditio non impeditur, et contractus non annullatur, vt d. l. s. de prescrip. long. temp. Item est additum hodie de pena, que imponitur ei, qui ad contractum litigiosum accedit, vel accessit, vt hic dicitur.

Secundo oppo. ad fil. nostrum, et videtur quod res litigiosa non possit legari, vt s. l. p. r. Sol. l. p. r. precedentis per istum finem corrigitur, vt hic finis corrigitur per auth. nunc si heres. Quero, dicitur hic, quod ille qui emit, cogitur reddere rem, quod qua actione. Bloss. dicit, conditione ex lita. Ego autem dico per l. istam esse introductum, quod sententia lata contra ipsum principalem reum, potest mandari executioni contra eum, qui rem litigiosam emit. Et hoc vult dicere text. l. ff. de pigno. C. Alterius quero, dicitur hic quod emptor, quando fuerit ignorans, reddit rem, et recuperat pretium cum tertia parte, an venditor, qui fuerit sciens, puniatur in plus. Quidam quod non quia hoc l. non exprimitur, ergo et hoc puto verum. Quero, qua actione agat emptor contra venditorem, et venditor contra emptorem. Dicit gl. et dicit verum, quod conditione ex hac l. vel actione in factum. Hanc gl. intellige eo casu, quando vterque non participat dolum nam tunc vnus non possit agere contra alium, vt l. viro atq. vroz. ff. solu. matr. Et facit sic ad q. de duobus contrahentibus, quorum neuter soluit, de quo dicitur in l. cum mulier. ff. solu. matr. Quero, ad istud sumptum, quod fisco, debet applicari quis ager. Dicitur gl. quilibet admittitur ad agendum, vide gloss. et no. et ea, que no. de popu. ac. super rub. et ibi dicitur tibi, et de p. r. a. vel. l. fin.

ADDITIONES.

- * CLAVD. DE SEISS. Contractus, ista procedunt quando lis esset coram iudice, secus si coram arbitro: vt per Alex. in l. si iustissimi. s. diu. ff. de leg. j.
ALEX. Res litigiosa non potest alienari. Limita non habere locum in alienatione, que fit in fisco. text. est in l. i. constante. s. si. ff. solu. matr. et ibi perymo.
ALEX. Pena litigiosorum. Que pena erit contra alienantem rem litigiosam, Adde Bart. in l. i. in princ. de iure fisci. facit quod not. in l. Pomponius. s. cum quis. ff. de acquir. posses. s. seq. j.
ALEX. Hodie vero. Et de Ang. in auth. de litig. circa fin. prin. quo ad ipsum litigantem, vt vltimus prescribi non possit. d. l. s. de prescrip. long. temp. et melius de clarat Angel. in l. s. j. ff. de liti. nam per tale vitiu litigiosum, perpetuatur actio in xxx. ann. l. fin. de prescrip. xxx. ann.
ALEX. Ego autem dico. Adde istam limita. ad doctri. traditam in l. sepe. de re iudic. et vide per Bartol. in l. creditores. in n. j. q.

princi. in versic. iudicamus. Nam ius erequendi. et ad idem Salic. in l. v. s. communi dicitur. Bart. in l. ff. eo. et Ang. in auth. de liti. in princ. De hoc, et de materia huius tit. vide bo. glossam ecclesia sancte. Marie. cl. j. vt lit. pendens. et in cle. j. vt lit. pendens.
AND. BAR. B. Quero ad istud. Et de bo. Joann. in ecclesia sancte. Marie. lo. j. de confit. et ibi vide, in quo Innocent. discrepat cum Bartol.

De contrahenda, & committenda stipulatione. Rubr. XXXVIII.

LEX I.



Iacet. Etiam si scriptura privata, faciens mentionem de promissione, in dubio intelligitur per stipulationem. hoc dicit. Quia iter probabitur quod inter presentes. Bloss. dicit, quod in dubio presumitur. Et de glo. rene memi in fin. Materia in huius l. plene examino in l. ceterum. de verb. oblig. et de vfu. l. j. et quod ibi no. et ibi dicit.

ADDITIONES.

ALEX. Iacet intelligitur. Per hanc l. dicit Bal. in l. i. et p. r. tio. s. si cert. perat. quod quando constat esse pactum nudum, non nouat obligationem. Alias vigore instrumenti publici, semper presumitur stipulatio. Et de Bart. in l. i. r. a. s. de verb. oblig.

LEX II.



I filie. Qui stipulatur filio suo, querit sibi, hoc dicit.

LEX III.



I cum pecuniam tuam. Alteri lari nemo potest, et qui pecuniam alterius erigit, negotiorum gestorum actione tenetur. hoc dicit.

LEX IIII.



I secundum. Qui stipulatur dare cui velis, sibi stipulari videtur. hoc dicit.

LEX V.



Nuda. Nec lex est difficilis. Quando stipulatio penalis incipit a precedenti conventionione nuda, tunc committitur cum super prima lis fuerit contestata, hoc dicit. secundum vnam lect. vel cum fuerit contestata super vna actione penali. hoc dicit. secundum aliam lect. Opponit stipulatio penalis non potest committi, nisi precedat mora, vt l. i. penum. ff. quando dies legat. ced. et lita stipulatus. ff. cod. sed hic non potest precedere mora, quia eius quod in promissione nuda venit, non est peritio, ergo nec mora, vt ff. cod. l. si pupillus. Sol. dicitur quidam, quod est verum, quod non potest quis esse in mora in naturali obligatione, quantum ad illud quod in obligatione venit, sed quantum ad alia sic, vt quod ad stipulationem penalem, vt hic. Et stud. est contra casum l. lecta. s. sed cum fortis. ff. i. cer. per. Propter quod glossa, tunc hic dicit, et bene, quod nec stipulatio penalis non committitur ex mora, sed ex conditionis euentu. Per l. r. is enim contestationem videtur existere conditio penalis stipulationis. Contra hoc opponit sine actione nemo expritur, vt l. i. pupilli. s. videamus. ff. de neg. gest. Sed de eo quod venit in pactione nuda, nulla est actio, ergo, et non potest ergo lis contestari. Sol. dicit glo. quod hic fuit lis contestata de facto super eo, quod deuenit in conventionione nuda. Alij dicitur, et ista est opin. Altriam, quod non requiritur contestatio, sed dicitur, quando precedit vtrius stipulatio, committitur per interpellationem, quia omnis p. r. missio simpliciter facta habet in se istam conditionem. scilicet quod detur cum petiero, vt l. i. decem cum petiero. ff. de verb. oblig. ergo per simplicem petitionem extra iudicium committitur stipulatio penalis. Nec obstat, text. qui facit hic mentionem de liti. contestata, quia hoc facit, vt ostendat penam esse commissam impurgabilitate. Dicitur in c. non est in mora. de reg. iur. in vj. videtur tenere vtriusque opin. Ego teneo opin. Altriam. vt plenissime examabo in l. i. stipulatus. ff. de verb. oblig. Quero, vtrum penalis stipulatio nouet precedentem? Dicitur et ibi dicitur. Altriam no. quod penalis stipulatio non vestit precedentem conventionem in nudam. Ratio, quia cum penalis stipulatio sit accessoria ad primam, non est eorum quod accessorium vestit principale.

ADDITIONES.

- ALEX. Mora. Hoc idem tenet in l. i. pacto quo penam. in l. stipulatio ista. s. vti. per illum text. de verb. oblig.
ALEX. Vestit precedentem conventionem. In penalis stipulatio vestit precedentem nudam conventionem, vide Bartol. in l. lecta. ff. i. cer. per. et vide Bart. in l. i. pacto quo penam. s. de pac. LEX

LEX XI.

Eruptiofam. Sine post mortem suam sine cum morietur. sine prius qua morietur. quis fuerit stipulatus. valeat stipulatio. h. d.

LEX XII.

Magnam. Dies interpellat pro homine. et ubi purgatio. hoc dicitur secundum lect. quam ego teneo. Hanc materiam plene dicitur in l. i. in iustitia. ff. de verb. oblig. et gloss. in l. z. si post tres. ff. si quis cau.

ADDITIO.

ALEX. Magnam. Vide Bart. in l. i. et legati causa. de verb. oblig. per Bart. in d. l. si pacto quo penam. ff. de pact. vide que dicitur in l. Martiane. post Bart. ff. de condit. et demonst. Et hic intelligitur per Bart. in d. l. si stipulatus. in vers. si p. m. et ver. si. videtur dicitur. Et ad hanc l. vide Pau. de Last. consil. cvj. et Rom. in rub. de arbit. Et tunc dicitur in hac l. quod dies interpellat pro homine. adde quod hoc est verum in die tacita. vt est gloss. in l. i. tenenda. et Jmol. ibi in l. si mora. sol. mar. et in c. potuit. de loc. in l. si. de iur. emp. quam rene ment. secundum illam glo. que etiam probat illam esse in tempore adiecto miserations gratia. vt est tempus. an ad testationem dotis. Ita ergo per lapsum illius constituitur in mora. vt voluit illa not. gloss. sicut per lapsum cum esset tempus. Item regula huius l. salit in die parua. scilicet in qua fit impossibilis expediri. Ita dicit Bartol. per illum text. in l. si mibi. et tibi. ff. de leg. Quod not. esse intelligendum secundum non in l. eorum. ff. de leg. s. illud. de verb. oblig. Item quod hic dicitur de die. hoc etiam loquor habet in bona. secundum Bald. in l. c. ne licet. tertio prouo. Item no habet locum ista l. in die incerta. vt proicitur cum eris legitime etatis secundum Bal. in l. si pacto quo penam. ff. de pact. licet videatur loqui aliter Bald. in d. l. si pacto quo penam. Et quod dicitur de die incerta. vide Bart. in l. si stipulatus. de verbo. oblig. et quod dicitur de die tacita. adde questionem similem in l. si duo. ff. de consil. pec. in l. q. no. Bart. in rub. ff. de consil. pec. a Bart. in d. l. si stipulatus. Sed de hac materia singulariter per L. et Bald. in l. si in. ff. de iur. dot. Et de die tacita est text. in l. quoties in die. in l. i. ff. de iur. et ibi Bart. et Jmo. de verb. oblig.

P. A. V. P. Magnam. Vide Bart. et Socz. et Bald. in l. si mibi. et tibi. ff. in i. not. ff. de leg. i. et in l. vnum. ff. si tert. pet.

LEX XIII.

Teris. Promissio dandi. vel faciendi simi pherit concepta porrigitur ad promissoris heredes. idem si constitatur post mortem promissoris. h. d. cum l. seq. C. Oppon. de l. centesimis. ff. de leg. Sol. quedam sunt facta. que coherent inere persone. et illa no trahunt ad heredes. vt ibi. et l. i. ff. ne autem. de cad. tollen. C. Quaedam sunt facta. que inere persone non coherent. sed possunt per alium expediri. et istorum obligatio transit ad heredes. Ita loquitur hic. C. Contra hoc oppo. inquam factum vnius videtur factum alterius. vt l. si non loitem. ff. liberius. ff. de condit. indeb. Sol. factum vnius. non videtur factum alterius vere. vel ficto. Nec autem scio habet locum primo. quando hoc agitur expresse. vt l. i. vno citi qui nesciat. de duobus reis. et ibi not. Secundo. quando confertur factum alterius in tempus mortis. quia tunc videtur actum tacite. quod heres faciat. vt l. si huius. ff. de leg. Tertio. quando ille. qui facere promittit. aliquid modo legitimo impedit. vt morte. vel alio casu. vt hac l. de pollicitationib. ff. de polli. Et dicitur vera. nisi esset electa in dicitra certe persone. vt l. inter arriaces. ff. de sol.

ADDITIO.

ALEX. Teris. Vide Bart. in l. si sic. la. grande. de verb. oblig. l. x.

LEX XIV.

Optimam. Verba enunciativa in contractibus prolata. probationem inter ipsos contrahentes inducunt. donec contrariam voluntatem. h. d. C. Hot. illud. quod dicitur in sumario. quod tamen verba enunciativa fidem faciunt inter contrahentes. quod factum ad fines plebanatus. Dicit gl. quam videtur ff. de iure deb. in l. cum aliquis. ff. de leg. in l. pre. d. ff. de leg. Secundo. no. ex hac l. de quod dies. et locus. debeant inseri in instrumento.

ADDITIO.

AND. B. A. R. B. Optimam. Et vide pro intellectu huius l. Jmo. et alios. in c. cum in iure. de offic. deleg. C. Optimam. Vide L. anc. Dicit. autem. si quis in aliquo. in si. C. de eden. et ibi Bart. vers. i. vtra Bart.

ALEX. Optimam. Limita vt probatur in auct. si quis in aliquo. ad si. ff. de eden. Item limita. nisi principaliter tractaretur de emendatione. vt probatur in casu. et ibi Bart. de iur. de presum. et Bald. in l. ad probationem. De hoc est glo. hic in vers. seruus. Et vide ad hanc l. Bald. in l. cum aliquis. de iure deb. ubi limitat hic electa. Item cum hic dicitur. quod potest probari absentia. dicitur quod testes debent deponere hoc modo. quod viderunt illum in

tali loco commorari. ita quod per intervallum temporis quo eum viderunt. non potuissent ire ad locum. de quo fit mentio in iuramento. Ita dicit Joan. Andr. vt ibi refert Abba. in c. ex tenore. de test. et dicit Bald. ibi quod hoc potest probari post didicta testibus. scilicet secundum doct. ubi etiam dicitur elici practica ex illo cum p. m. vide Bart. in l. sciendum. de verb. oblig. et in auct. si quis in aliquo. ff. de eden. et ad hanc l. vide not. per Jmo. in c. cum in iure. de offic. deleg. et in c. quoniam. contra. de proba. et gloss. super vers. per nos. vide Bald. in auct. si quis in aliquo. et ibi dicitur post eum. et vide ad hoc dicta Bart. in l. gerit. de acquir. hered.

ALEX. C. In instrumento. An dies et locus debeant inseri in instrumento. adde Bart. in l. lecta. in si. ff. cert. perat. et in l. de papillo. ff. qui nunciat. de oper. noni nunctat.

De inutilibus stipulationibus. Rubr. XXXIX.

Stipulatione. Pupillus non potest obligari sine auct. tut. hoc dicit. Etiam pupillus obligetur naturaliter. vel non. gloss. tangit hic. Sic vt plene. vt l. ff. de noua.

Libera. Stipulatio penalis non valet in matris mous. hoc dicit.

ALEX. Libera. Stipulatio dolo muta valet etiam. ope tamen exceptionis si rescindatur. limita nisi fauore dotis. quia tunc dolo dans causam stipulationi. eam vitiat ipso iure. in l. si cum mulier. et ibi Jmol. ff. sol. mar. Item limita nisi dolo daret causam distractui appposito super contractu stricti iuris. quia licet tunc ille distractus sit stricti iuris. tamen sumit naturam bone fidei. vt probatur in l. sub preterit. et ibi Barto. ff. de transact. Item limita. nisi esset appposita super contractu bone fidei. Gloss. est in l. si quis cum aliter. et ibi vide de verb. oblig.

Inter. Inter absentes non potest contrahi stipulatio. nec alteri stipulari. Iti quando petitur interesse. admittitur petitio incerta. certificanda per sen. etiam. h. d. Signa ter. in si. ubi. ob incerte actionis. et. De quo videbitis in l. cerni conditio. ff. si cert. pet.

De duobus reis stipulandi. Rubr. XL.

Reditor. Hic habes authenticam que ponit quas liter constituantur duo rei. Hanc l. et authenticam commentarij et est vtilissima repetitio.

- 7 In obligatione continente aliquid individuum obligatione. et solutione. an et quando constituantur duo rei.
- 9 Qui obligantur accessione. an et quando teneantur in solidum. et sunt duo rei debendi.
- 10 Plures gerentes aliquod officium. vel aliquam administrationem. qualiter obligentur. et sunt duo rei debendi.
- 11 Si ex pluribus mercatoribus. vnius contrahat. an quilibet teneatur in solidum. et sunt duo rei.
- 16 Quando plures tenentur ex delicto in solidum. non sunt coerei.
- 17 Si plures tenentur ex quasi maleficio. non sunt proprie duo rei.
- 18 Pater et filius. an sunt duo rei credendi. quando illius acquisiuit obligationem. et actionem. ex causa peculij profectitij.
- 21 Plures rei debendi possunt simul conueniri.
- 23 Creditor quando possit vnum ex pluribus in solidum obligatis conueniri.
- 27 Annus ex duobus reis credendi potest agere procuratorio nomine alterius.
- 29 Si ad vnum ex coereis peruenit tota quantitas. an alias possit petere quod ille prius excuratur.
- 30 Et beneficium diuisionis competat. qualiter intelligantur presens res. vel absentes coerei. et quo probetur presentia vel absentia.
- 31 Altero ex coereis non datur tempus contradicendi instantie. sicut fideiussori.
- 32 Quando vnius ex reis est presens et solvendo. sed non potest conueniri. quid agendum sit circa beneficium diuisionis.
- 33 Beneficium diuisionis potest renouari.
- 35 Solutio facta alteri ex coereis credendi. an tollat alteri actionem.
- 36 Quo ex coereis debendi totum solvente. alius liberatur in totum.
- 37 Solutione partis facta ab altero. an videatur facta diuisio.
- 38 Annus ex coereis credendi. recipiendo partem ab vno ex coereis debendi. preiudicat alteri coereo.
- 43 Sententia lata pro vno ex reis debendi. an prosit alijs.
- 44 Sententia condemnatoria lata contra vnum ex reis debendi. non est alteri.